



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio prima. Vtrum ordo sit sacramentum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Magistri Durandi de

poteſtatem oſferendi ſacrificium Deo. Quarto figuraſ. Hic enim ordo figuratus eſt in filiis Aaron qui ſacerdotio fungebantur. Quinto iuſtitutione: quia Christus pri mo duodecim elegit quos apoftolos vocauit, quoru vices gerunt in Eccleſia Pontifices, deinde ſeptuaginta duos di ſcipulos elegit, quoru vicem in Eccleſia gerunt ſimplices ſacerdotes. Hoc officio Christus viſus eſt quum ſeipſum in arā crucis obtulit, & quando in cora panem & vinum in corpus ſuum tranſubtantiauit. Poſtea dicit q̄ omnes or dines in hoc conuenient & ſunt ſacri, quia in eis aliiquid ſacrum conſertur, ſelicitate gratia: q̄ ſpecialiter diaconatus & prieſteratus dicantur faci, pater, quia hos ſolum pri miuia Eccleſia habuit, ceteros vero proceſſu temporis ſi biuifituit. In omnibus traditur aliqua ſpirituſas poſteſtas, & ideo nomen ordinis omnibus conuenit. Poſtea di cit q̄ quædam ſunt nomina que non important ordine, ſed dignitate & officium, ut nomen Epifcopi & Confefſor is: & affi gnatione nominiſ, ponit etiā differentiam inter Epifcopos, Patriarchas, Metropolitanos, & Archie pifcopos, & declarat unde haec nomina ſumperlent exordium. Poſtea declarat de quibufda aliis officiis, ſicut ſunt Vates, Cantores, que omnia ponuntur in litera. Ultimò ponit adiunctione ſalutarem dicens, q̄ qui praecellunt or dinis dignitate, debent praecede e vite ſanctitate, vt plebs ip̄is commiſſa eorum imitatione proficiat. Addit etiam unde dicitur missa: quia ſelicitate in ea mittitur hoſtia, cuius commemoratione fit in ſacrificio, vel quia missus celeſtis venit ad eam conſecrandam.

### Q Y A E S T I O P R I M A.

Vtrum Ordo ſit sacramentum.

**C**irca diſtinctionem iſtam queritur de duobus in ge nerali. Primum eſt de Ordine. Secundum de his que ordinis fūnt annexa. Quantum ad primum primo quaeratur vtrum ordo ſit sacramentum, & arguitur q̄ non: quia ſacramentum eſt ſpirituſale medicamentum, vt dictum fu it iupra diſtinctione prima, ſed ordo non eſt medicamen tum, quum debeat conſeruare ſanctis & non infirmis, ergo non eſt ſacramentum.

2 Item quod non eſt vnum ſacramentum non eſt Sa cramentum, ſicut quod nō eſt vnuſ homo non eſt homo, ſed ordo non eſt vnuſ ſacramentum, ergo &c. Minor probatur, quia ſi ordo eſt ſacramentū plures ordines ſunt plura ſacramenta: ſunt autem plures ordines, & nō vnuſ tantum, ergo &c.

3 IN CONTRARIUM eſt, quia illud per quod homo efficitur diſpensator ſacramentorum eſt ſacramen tum (quia cauſa nō eſt deterior effeſta) ſed per ordinem homo efficitur diſpensator ſacramentorum, ergo ordo eſt ſacramentum.

4 RESPONSI O. Circa questionem iſtam viden da ſunt tria. Primum eſt, quid ſit ordo, prout nunc loqui ſur de ordine. Secundum eſt, an debeat eſe in Eccleſia. Terrium eſt, vtrum ſit ſacramentum.

5 Quantum ad primum ſciendum eſt q̄ ordo tripliciter accipitur, uno modo pro relatione vel habitudine or dinarii: & ſi loquitur de ipſo beatus Aug. lib. de ciui Dei, q̄ ordo eſt pariuſ diſparium reſu ſua loca cuiq; tribuens diſpoſitio, & hoc modo non loquitur hic de ordine. Alio modo accipitur ordo pro gradu qui ordinem primo modo acceptum facit: cum enim ratio ordinis pro ut eſt relatio plura requiriat (vniuſ enim ſoliuſ non eſt or do) ideo vbi primo occurrit aliiquid additum alteri, ibi incipit eſte ordo, ita q̄ ſecundum additum primo compleat rationem ordinis, & ideo gradus iſte ſecundus ordo dieci tur, quia conſtitutum in tali gradu primo dicitur ordinatum. Et ſi ſit ibi gradus inferioritatis & ſuperioritatis ad diſtum communis ſtatui dicitur ordo, & conſtitutus in eo dicitur ordinatus ſive in ſtatū ſeculari, ſive Eccleſiaſtico. Tertio modo accipitur ordo pro eo q̄ exterius ſenſibili ter geritur circa aliquem, vt in aliquo gradu ſuper alios conſtitutur: ſicut alicui traditur calix cum pane & vino ſub preſcripta forma verborum, vt conſtitutur in gra du ſacerdotii ſuper populum, & hoc magis propriè debe ret vocari ordinatio q̄ ordo, ſic tamē accipit Magister or dinem in litera, & diſfiniit dicens: quid ordo eſt ſignaculum

### Sancto Porciano

quoddam Eccleſia (accipiens ſignaculum pro eo q̄ ſenſibiliter exterius geritur) per quod ſpirituſis poſteſtas on diato traditur & officiuſ his duobus vniuersi modis per tinet ad propositum noſtrum ordo.

6 Quantum ad ſecondum diſcendum eſt quid ordo vtrōq; dicitur modorum acceptus debet eſe, & eſt in ec cleſia: quod patet primo de ordine prout dicit gradus ſuperioritatis in poſteſtate, vel officio, quia aq̄ vel ma gis regulatus debet eſe proceſſus Eccleſie ordinatus ad eſe gratia, ſicut proceſſus naturę ordinatus ad eſe na turalę. Sed in proceſſu naturę eſt ordo quo quæda ſunt aliis ſuperiora, & eis habent inſluere, ergo ſimiliter in Eccleſia debet eſe ordo, quo quidam ſint aliis ſuperioris poſteſtas & officio, ve habeant aliis inſluere diſpenſando diu inationes gratia. Item Eccleſia militans exemplata eſt triumphante ſecondum illud Exod. 15. Infipce & fac ſecondum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt, ſed in Eccleſia triumphante eſt ordo quo quidam angeli ſunt aliis ſuperiores, & habent eis inſluere diuina illu minationes, ergo ſimiliter in Eccleſia militante debet eſe gradus ſuperioritatis in quibusdam, qui habeant aliis diuinas miniftrare. Item patet de ordine tertio modo ſum pto, quia poſteſtas Eccleſie per quā quidam habent aliis mi niſtrare diuina debet eſe nota Eccleſie, ſed non eſter nota niſi traderetur ſub aliquo ſenſibili verbo, vel ſigno, vel vtrōq; ſimul: cum omnis noſtra cognitio orum habeat a ſenſu, & ex ſenſibilibus, ergo poſteſtas diſpenſando diuina debet in Eccleſia tradi ſub aliquibus ſignis ſenſibili bus: & talis traditio vocatur proprie ordinatio.

7 Ex patet faciliter tertium principale, ſelicitate an ordo ſit ſacramentum, quia ordo primo modo acceptus eſt ſola relatio. Secundum autem modo acceptus eſt ſpirituſis poſteſtas, vel deputatio ad diſpensationem ſacramen torum, & neutrō ſitorum modorum eſt ſacramentum, ve de ſe patet. Sed tertio modo eſt ſacramentum, quod patet ſic: vbiq; ſub velamento rerum ſenſibiliū confeſtū ſanctitatis, vel mancipatio ad aliquod ſacramētū, ibi eſt verum ſacramētū, ſed in ordinatione confeſtū ſanctitas & mancipatio ad facros actus, ergo &c. Maior patet ex diſtinctione ſupra, i.e. q̄. Minor ſimiliter patet quan tum ad alterum membrum, ſelicitate q̄ per ordinationem tradiſtrit poſteſtas & mancipatio ad actus facros ſub velamento ſignorum ſenſibiliū, hoc enim patet ex ſecondo membro: ſed quid confeſtū ſanctitas per gratiā niſi ſuſcipiens ponat obicem patet, quia cuicunq; datur po teſtas aliquia ſeu officia diuinitutis, donantur & illa ſine quibus exequiſtio illius poſteſtaris vel officiū non poſteſt com gruſi fieri. Deus enim nō deficit in neceſſariis, ſed per ordinationem confeſtū poſteſtas ſive officium miniftrandi diuina que ſine gratia congrue miniftriari non poſſunt, ve probatum fuit ſupra, ergo in ordine confeſtū gratia, ve potius augetur, quia ad facros ordines nullus debet accedere cum coſcientia peccati mortalis, alioquin peccat mortaliter. Et ſi patet primum.

8 Ad primum arg. dicendum q̄ ſacramentum ordinis eſt ſpirituſale medicamentum, non illius qui ordinem ſu ſcipit, quia iam debeat eſe ſanctis, ſed communis: quia per ordinem efficitur homo diſpensator ſacramentorum, per quae confeſtū ſpirituſis gratia & ſanctitas, ve ſunt bapтиſmus & paenitentia, vel conformatio vel augetur, ve euchariftia &c.

9 Ad ſecondum arg. respondet dupliciter. Vno modo quid ordo proprie & ſimpliſter diſcus, & qui eſt ſacramētū eſt ſolum ſacerdotium comprehendendo ſub ſacerdotio epifcopatum, qui eſt ſacerdotium completem & perfectum, ceteri autem dicuntur ordines ſecundum quid, nec ſunt ſacramēta, ſed potius quædam ſacramēta antecedentia ad ſacerdotium congruitate, & nō de neceſſitate, ve omnes inferiores ordines, quemadmo dum ſacramētū baptismi adiuncta ſunt exorcismus & catechismus: & hi hoc eſt verum, ſunc non eſter niſi vnu ſacramētū ordinis: de hoc tamen magis dicitur infe riore. Alio modo poſteſtas dici quid ordo eſt ſacramētū nō vnitate indiuiuabilitatis, ve punctus, aut contiuitatis, ve linea, ſed vnitate perfectionis, quādo coſcurrit omnia que

<sup>15.14</sup> quæ requiruntur ad perfectam consecutionem finis ad quæ res ordinatur: sacramentum autem ordinis ordinatur ad sacramentum Eucharistie ministrandum, & quod requiritur eius cōfessio qui pertinet ad sacerdotem, & preparatio materiae, & eius oblatio, quæ pertinet ad diaconum & subdiaconum, & dispositio populi, quæ pertinet ad minores ordines, & postea diceretur ordinatio ministrorum, quæ pertinet ad episcopum, propter quod omnes ordines sunt vnum sacramenti unitate perfectionis, & vnum ordo unitate attributionis. & hoc sufficit.

## QVÆSTIO SECVNDA.

Vtrum sint tantum septem ordines.

<sup>15.15.16</sup> Secundum quæritur vtrum sint tantum septem ordines. Videret quod debant esse plures: quia hierarchia ecclesiastica exemplata est à coelesti, secundum Dionysium, sed in coelesti sunt nouem ordines, ergo totidem debent esse in ecclesiastica.

<sup>15.16.17</sup> Item propheta Psalmorum est nobilior inter alias prophetias, sed ad pronunciandum alias prophetias est vnum ordo, scilicet lectoratus, ergo ad pronunciandum Psalmos debet esse alius ordo, scilicet psalmi status: quod confirmatur per illud quod habetur dist. 2, ca. psalmista: ergo sunt plures ordines quam septem.

<sup>15.17.18</sup> IN Contrarium arguitur & ostenditur quod sint pauciores ordines quam septem: quia de ritu & numero sacramentorum debemus sequi traditionem apostolorum qui immediatè à Christo accepimus, sed apostolica doctrina solidum facit mentionem de tribus ordinibus scilicet Episcopo, Presbitero, & Diacono, ergo non debemus plus ordines ponere.

<sup>15.18.19</sup> Item Ordines distinguuntur secundum actus ordinis, sed actus ordinis secundum Dionysium sunt tantum tres, scilicet purgare, perficere, & illuminare, ergo & ordines debent esse tantum tres.

<sup>15.19.20</sup> R E S P O N S I O . Videnda sunt tria. Primum est quales sit diuisio ordinis communiter accepti in ordinis specialiter dictos. Secundum est de numero & sufficietia ordinum. Tertium est de quadam diuisione quasi accidentali que est per factum & non sacram.

<sup>15.20.21</sup> Quantum ad primum videtur aliquibus (sicut tacitum fuit supra in prima solutione secundi argumenti) quod ordo in generali acceptus non diuiditur in speciales ordines sicut in sacramenta, sed sicut in sacramenta & sacramentalia. Ita quod solum sacerdotium est ordo & sacramentum, cetera vero sunt ordines non tamen sacramenta, sed solum quadam sacramentalia. & hoc probatur tripliciter.

<sup>15.21.22</sup> Primum sic: quando plures actiones ordinantur ad vnum spiritualem effectum, ita quod una attingit ipsum, alijs vero soli disponunt, illa sola quae principaliter attingit, est sacramentum, cetera vero sunt sacramentales tantum sicut patet de catechismo & exorcismo respectu ablutionis sub determinata forma verborum: quia enim oēs iste actiones ordinantur ad ablutionem peccati originalis, & ad hanc attingit sola ablutio, cetera vero solum disponunt, ideo sola ablutio est sacramentum, exorcismus autem & catechizatio sunt sacramentales tantum, nunc est ita quod omnes ordinationes ministrorum Ecclesiae sunt principali propter sacramentum Eucharistie confidendum & ministrandum, ad hoc autem attingit sola potestas ordinis Sacerdotalis, cetera vero solum disponunt, quedam à remissione, & alia de propinquo, ergo sola ordinatio Sacerdotalis est Sacramentum, cetera vero sunt sacramentales tantum.

<sup>15.22.23</sup> Secundum sic: sicut potestas quæ datur in Baptismo est ad suscipiendum sacramenta, sic potestas ordinis (ut est sacramentum) est ad confidendum vel conferendum ea (correspondentia enim sibi invenientur sicut potestia activa & passiva) sed in ordinibus sub sacerdotio non confidetur alia: quia potestas ad confidendum vel conferendum sacramenta, vnde Diaconus qui superior est inter illos ex ordine non habet aliquid sacramentum confidere vel conferre, quamvis sacramentum eucharistie confectum a sacerdote habeat mediare viæ portare vel dispensare solummodo portando vel offerendo, ergo nullus ordo sub sacerdotio est propriæ sacramentum.

<sup>q. proxima</sup> Tertio, quia in ordinatione sacerdotis confertur potestas vel deputatio per quā ordinatus potest aliquid facere quod non poterat prius etiā quod genus facti, sicut ordinatus in sacerdotem potest confidere corpus domini & absoluere in foro penitentiarum, quod non poterat ante ordinationem, sed in ordinibus inferioribus sacerdotio nulla potestas vel deputatio confertur ordinato per quam possit aliquid facere interior vel exterior quod non poterat prius, sed solum per quā licet facere quod non licebat prius: quicquid enim potest diaconus ordinatus, pura lege euangelium, ministrare sacerdoti &c. totū poterat prius facere, sed non licebat ei, & similiter est in inferioribus ordinibus, ergo cum potestas sit ad posse & non ad licere, potestas quæ confertur in aliis ordinibus a sacerdotio non est potestas simpliciter, sed secundum quid: nec illi ordinis sunt ordines simpliciter, cum ordo sit signaculum ecclesiae mediante quo spiritualia potestas traditur ordinato, ut dictum fuit prius, quare nec sunt sacramenta simpliciter, sed secundum quid sive quædam sacramentalia, & quod plus est in quibusdam minoribus ordinibus non datur potestas per quam ordinatus possit aliquid facere vel ei licet quod prius non posset vel ei non liceret, vt patet de ostiario, lectori, & acolito: omnia enim officia predicatorum ordinum licet faciunt non ordinati sicut ordinari secundum vnum vniuersalis ecclesie, vnde deputatio ad predicta officia facienda videtur esse ab institutio ne ecclesie ad solemnitatem diuini cultus, ecclesia autem non habet instituere sacramenta sed solum sacramentalia, quare &c. Et confirmatur hoc per commune dictum doctorum: dicunt enim communiter quod distinctio ordinum non est totius integralis in suas partes, nec totius vniuersalis in partes subiectivas, sed totius potestatuum, cuius haec est natura quod totum secundum completam rationem est in uno, in aliis autem est quedam participatio ipsius, & ita est hic: tota enim plenitudo huius sacramentorum est in uno ordine, scilicet in sacerdotio, in aliis autem est quedam participatio ordinis. Ex quo ergo tota plenitudo sacramenti est in sacerdotio, in aliis autem est solum quedam participatio, patet quod non sunt sacramenta propriæ sed sacramentalia quedam: nec video quare hoc non possit teneri probabiliter, immo non videatur quod aliter possit salutis dictum Fratris Tho. cuius sunt verba præcedentia, quia si quilibet ordo est per se & simpliciter sacramentum, tunc plures ordines sunt plura sacramenta, & non vnum tantum (vt ipse dicit) & iterum ordo erit totum vniuersale ad speciales ordines, & sacramentum simpliciter, & speciales ordines erunt eius partes subiectivas. Quia illæ sunt partes subiectivas quæ per se & simpliciter recipiunt predictionem sui totius, & sic est in proposito si quilibet ordo est per se & simpliciter sacramentum, quod tamen ipse negat. Si vero omnes ordines sunt vnum sacramentum, vt partes eius, quemadmodum consecratio panis & consecratio vini faciunt vnum sacramentum completum eucharistia, sequeretur quod speciales ordines essent partes integrales vnum sacramenti ordinis: quemadmodum in sacramento eucharistie consecratio panis & consecratio vini sunt partes integrales eius, hoc autem iterum negat. Non restat ergo quod possit saluari eius intentio nisi supradicto modo, scilicet quod sacerdotium sit per se & simpliciter ordo & sacramentum, cetera vero sunt sacramentalia.

<sup>q. proxima</sup> Posset tamen aliquis sic instare: Omne illud in quo confertur gratia ex opere operato est sacramentum, sed in ordinatione diaconi & subdiaconi confertur gratia ex opere operato, ergo sunt sacramenta. Minor probatur vt prius sic: Quicunque deputatur diuinitus ad aliquod officium, cuius executio non potest congruere fieri sine gratia, illi datur gratia cum collatione officij: quia Deus non deficit in necessariis, sed diaconus & subdiaconus in sua ordinatione deputantur ad officia que congrue sine gratia exequi non possunt. Deputantur enim ad sacra tractanda quæ immundus tangere nefas est secundum Dion. cap. eccl. Hier. ergo in eorum ordinatione confertur eis gratia, ergo sunt sacramenta.

<sup>q. proxima</sup> Et dicendum est ad hoc quod maior propositorum est vera in illis operibus quæ directe & immediatè ordinantur ad tollendum peccatum: quia cum peccatum non tollatur nisi